



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

R

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Sunt laicales, aut ex mera deuotione auctoritate Episcopi instituta. *Barbos. de iure Eccl. l. 3. cap. 19. nu. 18.*

- 3 Quarta funeralis Episcopi non potest locari. *Congr. Episc. 14. Dec. 1592.*
- 4 Parocho debetur, seu etiam sacerdoti animarum curam exercenti. *DD. cum Barbos. loc. cit. cap. 24. num. 19. 21.*
- 5 Illius nimirum Ecclesiae, in qua Parochianus solet recipere Sacramenta casu quo alibi audiret diuina. *ibi. n. 24.*
- 6 In casu dubio: An debeat Episcopo, vel Parocho, praefertur Parochus ex causa onerosa, Episcopus ex causa lucratiua. *ibi. n. 25.*
- 7 Etiam si Parochianus moriatur ob bellum, pestem in villa dummodo in Parochia domicilium habeat. *ibi. n. 26.*
- 8 Etiam quando aegrotus mutat Parochia. *ibi. nu. 27.*
- 9 Vel aegrotus cum bonis suis ad Religionem se transfert, pendente anno probationis, si in eo moriatur. *ibi. n. 28.*
- 10 Postridie, quam sepultum est cadaver, cum caereis &c. fiat solemnis Missa cum maiori quantitate caereoru, de his quoque quarta pars debetur Parocho. *Congr. Ep. auditis partib. 3. Aug. 1621.*
- 11 De candelis, quas fratres, & alii praebiteri in funeribus gestare solent in manibus, non datur quarta Parocho, sed sunt gestantium. *DD. apud Barb. loc. cit. nu. 39. in seqq. plura habes de hac materia.*

Referendarij.

V. Exempti. nu. 5. Functiones Episcopales. nu. 24. Precedentia. nu. 21.

ADDITIO.

- 1 Possunt celebrare, & facere celebrare circa auroram, & in locis interdictione Ecclesiastica suppositis. *Sixtus V. 10. kalen. Octo. 1586. §. 11.*
- 2 Cedunt locum Auditori confidentiarum. *Congr. Rit. 6. Decemb. 1621.*

Regularium virorum monasteria.

- 1 Non possunt erigi noua monasteria, nisi vocatis alioru monasteriorum *Barth. Ganant.*

- Prioribus, & cognita causa, an sine aliorum damno ea erigi possint. *Greg. XV. An. 1621. * Urb. VIII. An. 1625. **
- 2 Vocatis etiam Prioribus Conuentuum per quatuor milliaria distantium. *Gregor. XV. ibid.*
- 3 Nec nisi possint habitare, & sustentari duodecim. *Idem locis citatis.*
- 4 Vel constiterit Ordinario, totidem ibi sustentari posse. *Gregor. XV. ibid.*
- 5 Si nulli sint ibi Regulares, accedat consensus incolatum loci. *idem. ibid.*
- 6 Si detur appellatio, nihil interea innovetur. *idem. ibid.*
- 7 Reuocatae sunt licentiae omnes profundandis locis Regularium. *Vrbano VIII. Anno 1624.*
- 8 Et qui praetextu licentiarum reuocatarum sine licentia Ordinarij, & non seruata forma *Gregor. XV. praedicta fundarit, poenam incurrit priuationis vocis, officiorum, inhabilitatis, & ipso facto excommunicationis. idem. ibid.*
- 9 Non possunt edificari Ecclesiae Regularium in loco non exempto, sine consensu Ordinarii loci. *Barb. all. 26. a. n. 3.*
- 10 Monasterium, in quo nondum positus est religiosorum conuentus, sed solum nonnulli religiosi deputati fabricae, non est obligatum clausurae. *decisum referunt DD. locis citatis. n. 15.*
- 11 Item videtur dici posse de iis domibus, in quibus non viuunt in forma conuentus, nec ibi est ecclesia cum Eucharistia, nisi alias subiectae fuerint clausurae. *Bonac. loc. cit. num. 5.*
- 12 Si de claustrorum finibus est dubitatio, per loci Ordinarium, & superiores Regularum explicetur. *Prou. 4.*
- 11 Sacristia comprehenditur sub claustrum. *Congr. Episc. 18. Aprilis 1605. referatur etiam a Coriolano de casibus refer. par. 2. casu 3. quest. 4. num. 31. Negat Bonac. quando immediate ab ecclesia in sacristiam iitur. de claus. quest. 5. puncti 1. num. 4. affi. mat Sanchez in op. mor. l. 6. cap. 17. num. 17.*
- 14 Hortus, vindaria, vineae, quae monasterijs Regularium continenter sunt adiuncta, vt ad ea a monasterijs aditus sit, nulla via, locou publico interiecto claustrorum finibus comprehenduntur. *Prou. 4.*

- 15 Infirmitate, seu domus deputata ad recipiendos infirmos, vel religiosos vt hospites, non obstringuntur claustrata. decisum refert Sanchez *l. cit. nu. 19.* & Sorbus *v. Ingressi. nu. 11.*
- 16 Non possunt ingredi mulieres, nisi ad ea claustra, in quibus Missæ, officia, & processiones fieri solent. Pius V. Anno 1566.
- 17 Sub pœna excommunicationis Papæ reservata. Idem *ibid.*
- 18 Et regularibus admittentibus fœminas imponitur pœna suspensionis à diuinis ipso facto, priuationis officiorum, inhabilitatisque ad illa. idem *ibid.*
- 19 Quorannis semel hoc decretum, & sapius arbitrio Episcopi publicetur. Prou. 3.
v. Immunitas Ecclesiast. num. 6.

Regularium iura sub Episcopis.

- 1 Ante professionem nulla renunciatio valet, nisi cum licentia Episcopi, seu Vicarij. Trident. *sess. 25. cap. 16. de Regular.*
- 2 Potest Episcopus declarare nullam esse professionem factam ante annum ætatis 16. decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 101. nu. 1.*
- 3 Et iudicare de nullitate professionis ob alias causas intra quinquennium à professione emissa, vna cum superiore professi. Trid. *loco cit. cap. 19.*
- 4 Hoc est, coram Episcopo loci, & Superiore monasterij, in quo facta est professio, deducendæ sunt causæ nullitatis. decisum refert Barb. *alle. 104. n. 12.*
- 5 Superior non potest solus sine Ordinario eicere professum, ob nullitatem professionis. decisum anno 1618. refert Rice. *in praxi resolut. 20.*
- 6 Potest Episcopus compellere per cœsuras, vt restituantur nouitio discedenti omnia, quæ attulerat. Trident. *loc. cit. cap. 16.*
- 7 Episcopus subduntur ij, qui neque Capitulis Generalibus, neque congregantur ad præscriptum Concil. Trid. neque à Metropolitano conuocantur, neque habent Ordinarios visitatores. Vide Trid. *loc. cit. cap. 8.*
- 8 Vbi non habitant duodecim in domibus fundatis post decretum Urban. VIII. ij subduntur omnimodæ iurisdictioni Episc. Urb. VIII. Anno 1625. *
- 9 Et valet hoc decretum etiam extra Italiam. Idem Anno 1626. *
- 10 Subduntur & ij, quibus imminet animatum cura personarum secularium, in ijs, quæ ad eandem curam pertinent. Trid. *loco cit. cap. 1.*
- 11 Neque ibi deputari possunt Curati, quam a mouibiles, nisi de consensu Episcopi, & præuio examine. idem *ibid.*
- 12 Exceptis monasterijs, in quibus habitant Capita Ordinum, vel Generales, vel Abbates, aut alij habentes iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos. idem *ibid.*
- 13 Subduntur item Episcopis loca, & personæ Militiæ S. Io. Hierosolym. in ijs tantum, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Greg. XIII. An. 1584.
- 14 At respectu dictorum Militum visitationes, consecrationes, & benedictiones fiant gratis ab Episcopis, absque impensa, & onere. Pius V. An. 1571.
- 15 In Sacramentorum qualibet administratione omnimodè subiiciuntur Episcopis, vt delegatis Sedis Apost. Greg. XV. Anno 1622. *
- 16 Non tamè possunt prescribere Regularibus, vt certis tantum in locis, temporibus, & personis ministrent Sacramentum Penitentiae, vel restringere eorundem priuilegia in ministerio Sacramentorum. idem in Declarat. Anno 1623. *
- 17 Neq; prædicta exequi possunt in personas Regulares particulares. idem *ibid.*
- 18 Atqui hæc facultas Episcopis concessa non competit inferioribus Prælatibus habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem. *ibid.*
- 19 Debent Episcopi approbare causam, quæ debet esse publica, exponendi à Regularibus Sanctissimam Eucharistiam. Congr. Episc. 27. Maii 1603.
- 20 Non autem causam priuatam, dummodo è tabernaculo non extrahatur Eucharistia, & velata remaneat, ita vt nec Hostia videatur. ead. *ibid.*
- 21 Possunt Regulares habere apud se pro suorum vtu, oleum infirmorum ead. 20. Febr. 1601.

- 22 Administrantes Sacramenta Eucharistia, vel extremæ vnctionis, vel matrimonij, infirmis, &c. sine licetia Parochi possunt ab Episcopo excommunicari. Ricc. in *praxi res. l. 210. verb. 12.*
- 23 Debent ab Ordinario loci, cui à superiore sunt deputati, suscipere ordines. Barbof. *alleg. 4. à num. 58.*
V. *supra ordo à nu. 29.*
- 24 Item debent ab eodem petere Christma, consecrationem Ecclesiarum, & ea, quæ sunt ordinis Episcopalis Barb. *alleg. 105. nu. 63.*
- 25 Item Cæmeterij benedictionem, primi lapidis impositionem, & si bis, aut ter requisitus Episcopus loci negauerit, alienus adiri potest. Leo X. Anno 1516.
- 26 Tenentur ad obseruantiam dierum festorum ab Episcopo præceptorum. Trident. *sess. 25. cap. 12.*
- 27 Non tamen tenentur ad officia festorum. decisum refert Barbof. *alleg. 105. nu. 34.*
- 28 Tenentur ad officium de Patrono, non ad Octauam. Congr. Rit. 27. Martij 1628.
- 29 Possunt celebrare Missam in Ecclesia seculari de consensu solius Rectoris. Congr. Episc. 10. Ianuar. 1617.
- 30 Non tenentur expectare tempus Missæ Parochialis, vt celebrent in suis Ecclesijs. eadem 30. Iun. 1592.
- 31 Potest Episcopus cogere Regulares vt lectionem sacræ scripturæ in monasterijs suis habeant, si commode fieri potest. Trid. *sess. 5. cap. 1.*
- 32 Concionari non possunt in proprijs Ecclesijs sine benedictione Episcopi, neque in alienis sine licentia, & benedictione eiusdem idem *ibid. cap. 2.*
- 33 In concionibus ad populum vtantur Euangelij, & Epistolis, quæ leguntur à clero seculari eius Ecclesiæ, vbi degunt. Congr. Conc. Anno 1604. & de cetero refert *Quarta priuilegia Regularium.*
- 34 Possunt Episcopi punire, qui prædicant in proprijs Ecclesijs, Episcopo contradicente, vel sine eiusdem benedictione, aut in alienis sine licentia. Gregor. XV. Anno 1622.
- 35 Non debet impediri Regulares, quominus in quadragesima concionem habeant in suis Ecclesijs, etiamsi non fuerit cõsuetudo Cong. Ep. 5. Iun. 1590.
- 36 Neq; debet denegari benedictio pro concione sine causa. ead. 22. Aug. 1615.
- 37 Ad publicas processiones compelli possunt ab Episcopo, iis exceptis, de quibus supra *Processio. Trid. loco cit. c. 13.*
- 38 Ad Episcopum spectat componere controuersias de præcedentia. idem *ibid. præcedentia.*
- 39 Exepti à processioneibus, si tamen accedant, non ideò Episcopus potest eos deinde cogere. Nald. *Priuil. g. nu. 13.*
- 40 Non possunt publicare Indulgentias sine Episcopi consensu. Trid. *sess. 5. ca. 7. sess. 24. c. 11.*
- 41 Potest Episcopus cogere Regulares, vt in offertorio Missarum Conuentualium in Dominicis enuscient fidelibus festa, & ieiunia, quæ occurrunt. F. Emanuel Rod. *q. Reg. t. 1. q. 33. art. 7.*
- 42 Censuræ, & Interdicta, etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, à Regularibus publicentur, & seruentur. Trid. *loc. cit. cap. 12.*
- 43 Tempore Interdicti Episcoporum non possunt Regulares admittere laicos ad diuina, si priuilegia concessa fuerunt ante Conc. Trid. decisum refert Garz. *p. 5. c. 3. n. 87.* oppositum docent alij, apud Barb. *allegat. 106. nu. 44.*
- 44 Non possunt Regulares cum cruce intrare Parochias ad leuanda cadauera, nisi præmonito, & recusante Parocho; & tunc sine illius, & Ordinarij præiudicio saluo antiquo vsu, & pacifico. Leo X. Anno 1516.
- 45 In funeribus se conferant ad Ecclesiam Parochialem, & inde cum Parocho ad domum defuncti. Congr. Episc. 16. Aug. 1616.
- 46 Si cadauer est repositum in aliqua Ecclesia, vt inde transferatur alio, se conferant ad eandem Ecclesiam, in qua est cadauer. ead. *ibid.*
- 47 Disputationes litterariæ Regularium, extra Comitia generalia, ne fiant in Ecclesia. ead. 17. Ian. 1694.
- 48 Non tenentur mendicantes petere licentiam ab Episcopo querendi. eadem 6. Octobris 1597. Congregat. Concil. Anno 1621. decreto impresso. *

- 49 Sed tenentur quaestores eorum ostendere Ordinario licentiam superiorum suorum. decisum anno 1625. apud Barbof. alleg. 105. num. 51.
- 50 Potest Episcopus punire Mendicantes habentes plures campanas, cum debeant esse contenti vna. DD. apud Barbof. *ibid.* n. 62. salua consuetudine: sed non possunt eos prohibere, ne pulsent campanas pro Horis, & Missa, antequam pulsetur campana maioris Ecclesiae. Congr. Conc. decreto edito 1604.
- 51 In locis exemptis suae Diocesis, potest Episcopus facere solemnes benedictiones, & diuina officia celebrare. idem *ibid.* num. 66.
- 52 Oblati laici, qui degunt extra monasteria, non gaudent priuilegio fori. Congr. Episc. 22 Martij 1583.
- 53 Tertiarj, mantellati, corrigiati, choddellati, & alij in domibus propriis habitantes, communionem in Paschate, extremam vnctionem, & alia Sacramenta (excepto Penitentiae) a proprio Parocho recipiant. Leo X. A. 1516.
- 54 Non possunt Episcopi visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animatum cura; neque loca, vbi asseruatur Eucharistia, vel vbi confessiones audiuntur. Greg. XV. in Declar. citato Anno 1623. *
- 55 In causis ciuilibus conueniantur Regulares coram superioribus, vel eorum Conseruatoribus. Paul. V. An. 1607.
- 56 Conseruatores eorum indicandi erunt Episcopo, qui debet eis iccirco praefigere terminum ad indicandum. Congreg. Episc. 28 Martij 1588.
- 57 Si non indicant, conueniri possunt a laicis coram Ordinario. ead. *ibid.*
- 58 Conseruatores eorum non vltra duas dietas a loco suae habitationis trahere aios ad se possunt. Leo X. Anno. Vide *supra* Conseruatores.
- 59 In causis mercedum, & miserabilium personarum potest Episcopus, tamquam delegatus Sedis Apostolicae, cogere Regulares debitores extra monasterium degentes ad soluendum, licet in partibus habeant deputatum iudicem a Sede Apost. Trid. sess. 7. cap. 14.
- 60 Potest Episcopus, compellere Regulares exemptos ad reddendam rationem coram se executionis testamentorum, & negligentes punire. DD. apud Barbof. alleg. 82. num. 34.
- 61 Ex defectu iustitiae, si non potest haberi recursus ad Papam, seu superiorem exemptorum, potest adiri Ordinarius. Barbof. alleg. 105. num. 67.
- 62 In criminalibus potest Episcopus capere, & remittere Regularem ad competentem si fuga sit periculum, & quando non potest expectari auctoritas iudicis Regularium. DD. apud Barbof. *ibid.* num. 64.
- 63 In causis haeresis omnes Regulares subiacent Episcopis. Paul. V. 26. Sept. 1606.
- 64 Et praesertim in causa Conceptionis B. V. Decretum S. Inquis. 31. Aug. 1617. 24. Maii 1622. *
- 65 Et in causa sollicitationis mulierum in confessione ead. Congr. S. Inquis. 30. Aug. 1622. *
- 66 Extra monasterium degentes si delinquant, ab Ordinario puniantur. Trid. sess. 6. cap. 3.
- 67 Qui ita notorie deliquerit, vt scandalo sit populo, si non punitur a superiore, sed ad alium locum transfinitur, debet reuocari ad priorem locum, vt Ordinario subiaceat. Clement. VIII. Anno 1596.
- 68 Infra terminum ab Ordinario praefigendum. *ibid.*
- 69 Alias Episcopus loci, ad quem fuit transfinitus, in eundem seuerè animaduertat, siue requisitus a priore Episcopo, siue informatus de delicto. *ibid.* ex Trid. sess. 25. cap. 14.
- 70 Qui sine mandato Superiorum in scriptis obtento, a suis conuentibus recedit, ab Ordinario tanquam desertor sui instituti puniatur. Trident. sess. 25. cap. 4.
- 71 Qui studiorum causa ad Vniuersitates mittitur, in Conuentibus tamen habet, alioquin ab Ordinario contra eum procedatur. idem *ibid.*
- 72 Qui sine Priore cum alijs existit in aliqua domo ad erectionem monasterij destinata, & deliquerit, ab Ordinario puniri poterit. decisum apud Barbof. alleg. 105. num. 16.
- 73 Non autem poterit, si sub superiore cum

- cum aliis conuentualiter uiuat . decifum à Congr. Conc. 24. Maij 1588.
- 74 Si incedunt sine habitu extra monasterium, possunt ab Episcopo puniri, DD. apud Barbof. loco cit. num. 61.
- 75 Potest Episcopus absoluere Regularem leuiter percutientem clericum saecularem. Barbof. *ibid.* num. 52.
- 76 Et de æquitate Regulares exemptos se inuicem percutientes. idem *ibidem* num. 53. alleg. 41. num. 17. & 18.
- 77 Possunt Regulares se subijcere Episcopo quoad dispensationes Episcopales. Nald. *irregul.* num. 30.
- 78 De licentia suorum Prælatorum, uel ea iniuste denegata. Sanch. tom. 1. *Decal.* l. 4. cap. 39. num. 36.
- 79 Episcopus item absoluit laicos percutientes Regularem, non Superior monachorum. Barb. alleg. 105. nu. 54.
- 80 Crimen assassiniij impositum Militibus Hierosolymitanis, seu eorum donatis, familiaribus, seruatoribus, seu presbyteris eorum saecularibus, & alijs inferuentibus actu, ad superiores eorum spectat, adiuncto loci Episcopo, excommunicationis lata sententia contra alienos iudices. Clemens VIII. Anno 1595. 18. Decemb.
- 81 Apostatae debent ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, capi, & consignari superioribus eorum. Urb. VIII. cum Congregat. Concil. 21. Septemb. 1624. *
- 82 Eiecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinarijs locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, seu moderandi idem *ibid.*
- 83 In dandis litteris testimonialibus pro eiectione iuxta Decretum Gregor. IX. in c. fin. de regul. oneratur conscientia Ordinariotum. idem *ibid.*
- 84 An confessarij saeculares possint audire confessiones Regularium distinguit Vgol. de potest. Episc. c. 7. §. 2. n. 9. Possit in iubilæis generalibus: non posse in Bulla Cruciatæ, & specialibus priuilegijs laicorum ex Declar. perpetua Clem. VIII. Anno 1599. renouata ab Urbano VIII. 1630. *
- 85 Et eodem modo potest, & non potest respectiue Regularis approbatus ab Ordinario audire confessiones Regula-

- rium alterius Ordinis. idem *ibid.*
- 86 Tres constitutiones Pij V. in fauorem Regularium, reuocatae fuerunt à Gregor. XIII. An. 1572.
- 87 Aia Pii V. in fauorem militum Hierosolymitanorum fuit reuocata in fauore Ordinariotum à Greg. XIII. Ann. 1580. Vide Archiepiscopus. num. 30. 32. 33. Benef. Paroch. Promissio. num. 39. & sequentibus. Censura. num. 13. Cleri conuentus. num. 2. Concil. Prouinciale. num. 44. 74. 81. Concilio. Sacra. num. 1. 3. 11. & sequentibus Confessarius nu. 6. 22. 23. & sequentibus Confirmatio. num. 20. Confraternitates. num. 2. 8. Conseruatores. per totum. Decima num. 8. Ecclesia. num. 2. Eucharistia. num. 23. 24. 53. Examinatores. num. 4. 5. 7. Exempti. num. 2. Exequia. num. 9. 11. 15. 21. Extrema unctio. num. 3. Fori Priuilegium. num. 18. 19. Forum Episcopale. num. 5. Indulgentia. num. 25. Irregularitas. num. 3. 16. 63. Index Synodalis. num. 6. 9. Librorum editio. num. 2. Licentia. num. 4. Littera dimissoria. num. 8. 9. Missa. nu. 7. Missa ritus. num. 1. 2. 4. Missa Parochialis. num. 11. Missa Conuentualis. num. 15. Monetarij. num. 1. Monialium monasteria. num. 24. Monialium clausura. num. 8. Monialium numerus. num. 5. Monialium receptio numer. 24. Monialium communes leges. num. 16. Monialium officiales. numer. 12. 13. Monialium cura spiritualis. n. 8. 14. & sequentibus. Monialium cura in temporalibus. num. 12. Munerum largitio. per totum. Olea sacra. nu. 8. 9. Ordo. num. 29. & sequentibus. Ordines maiores. num. 28. 40. Parochia. num. 12. Parochorum munerum. num. 27. 30. Precedentia. num. 1. 2. & sequentibus. Processio. num. 7. & sequentibus. Quæstores. num. 2. & Quarta Episcopalis. num. 12. 15. Reliquæ SS. num. 21. Scriptura sacra. num. 4. 8. 10. Seminarium clericorum. num. 30. 31. 32. Sepultura. num. 19. 20. Synodus Diocesana. num. 15. 39. Tutela. num. 1. Visitatio Episcopi. num. 10. 11. 12. 13. 14. 19. & sequentibus.

ADDITIO.

- 1 **C**oram Episcopo, & Superiore Nouitiatus, potest religio intra quinquennium agere pro nullitate professionis alicuius malè professi: Congreg. Conc. petente nostro Procurat. Generali; 1. Sep. 1635. vt in Trid. sess. 25. de Reg. c. 19.

- 2 Tenentur Regulares accipere Bullas ordinum susceptorum ab Episcopis, qui eos ordinarunt, & literæ dentur gratis, decisum refert. *Laurel. de Evan- chis to. 1. controuers. inter Episc. & Regul. quæst. 35. super decr. de ordin. Regular.*
 - 3 Possunt audire confessiones ægrotorum in eorum domibus, sine licentia Parochorum, quos tamen monere debent de confessione audita. *Congr. Episcop. 2. Julij 1587. 22. Januarij 1616.*
 - 4 Possunt Regulares ministrare Eucharistiam & extremam vnctionem hospitibus infirmis in eorum Monasterijs, ex priuilegio Pij IV. concessio cler. Regul. & confirmato à Pio V. ad Febr. 1567. apud *Peregr. p. 1. compend. tit. communicare §. 3. & per communicationem alijs. Peirin. tom. 1. constit. 1. Julij 2. num. 92.*
 - 5 Non possunt Regulares in Sabbato Sancto benedicere domos laicorum. *Congr. Conc. 23. Nouemb. 1619 apud Barbof. de offic. Parochi. c. 12. num. 11.*
 - 6 Non prohibentur in eorum Ecclesijs admittere mulieres ad purificationem post partum. *Congr. Concil. ad Archiep. Bonon. apud Peirin. tom. 2. constit. 7. Pij V. §. 12. num. 13. ad 9.*
 - 7 Neque prohibentur denunciare festa, & ieiunia in suis Ecclesijs. *eadem 2. Julij 1620. licet antea Congr. Episc. 15. Decemb. 1603. limitasset, cum licentia Episcopi id fieri debere. Barbof. de off. Parochi. c. 16. n. 26. in fine par. 1.*
 - 8 Non possunt gestare pliquiale, aut stolam per alienam Parochiam. *Congr. conc. ad Archiep. Bonon. supra ad 3.*
 - 9 Non possunt in festo Corporis Christi processionem facere, quia dumtaxat in Cathedrali. *Congr. Rit. 11. Decembr. 1613. 28. Aug. 1615. 18. Febr. 1617. & Congr. Episc. 27. Iulij 1615.*
 - 10 Regulares extra claustra decedentes ad eorum Ecclesias deferri debent, etiam Parochis inconsultis. *Congr. conc. 2. Julij 1620. apud Barbof. de off. Parochi. c. 26. nu. 68.*
 - 11 Neque debent soluere ius sepulturæ. *Congr. Ep. 22. Maij 1615. apud eundem. ibi.*
 - 12 Neq; tamen possunt ducere funus superiorum, Magistrorum, seu Theologorum per Parochias ciuitatis, & vias cum pompa. *ead. apud Peirin. supra ad 11.*
 - 13 Ne excedant taxam ab Episcopo prescriptam in emolumentis Parochialibus, prohiberi possunt ab Episcopo. *Congr. conc. 18. Sept. 1625. apud Barbof. de iure Eccl. l. 1. c. 43. num. 145.*
 - 14 Possunt colligere à laicis fructus agrorum in elemosynam, antequam Curati colligant primitias. *ead. apud Peirin. loco cit. ad. 13.*
 - 15 Superiores, qui ad prescriptum Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra claustra delinquentium, in scriptis facere debent, decisum refert 14. Decembr. 1630. *Barbof. loco cit. cap. 43. num. 117.*
 - 16 Debet Episcopus absoluerè regularem percussorem clerici. c. Religioso, de sententia excomm.
 - 17 Facultas data Episcopo à Trid. supra cit. cõtra Regulares notoriè delinquentes extra claustra, vendicat sibi locum cum intra Ecclesiam delinquant notoriè, & cum scadalo. *Congr. conc. 19. Sep. 1625.*
 - 18 Non possunt Regulares aggregare suæ Regulæ personas in articulo mortis constitutas. *Congr. Rit. 20. Iulij 1609.*
 - 19 Neque possunt deserere Monasteria, seu loca iam ædificata, nisi in manibus ordinarij. *Bonif. VIII. & DD. cum Barbof. de iure Eccl. l. 2. c. 12. num. 64.*
- Regularium iura in ordine ad Moniales eorum.*
- 1 Circa clausuram, Vide supra Monialium clausura.
 - 2 De Monialium officialibus eligendis. Vide Monialium officiales.
 - 3 De confessarijs Monialium. Vide Monialium cura spiritualis.
 - 4 Non possunt Regulares alloqui Moniales quascumq; sine licentia, sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actus ac passiuæ ipso facto. *Congr. Ep. 5. Maij 1590. * & est reseruata elatius in f. 1625. **
 - 5 Et sub reatu peccati mortalis. *eadem 1. Iulij 1606.*
 - 6 Comprehenduntur hoc decreto Milites Hierosolymit. *ead. 28. Ian. 1603.*
 - 7 Non tamen ligantur excommunicatione lata ab Episcopo, contra alloquentes Moniales. *DD. cum Barbof. ab leg. 102. num. 73.*
 - 8 Episcopi possunt punire. vti Sedis Apost.

- Apost. delegati, Regulares alloquentes quascumque Moniales sine licentia . Cong. Conc. An. 1624. edito decreto.*
- 9 Idem possunt concedere Regularibus, vt quater ad summum in anno possint alloqui Moniales consanguineas in primo & 2. tantum gradu. eadem Ann. 1623. Urban. VIII. annuente.
 - 10 Non in festis, Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigilijs. *ibid.*
 - 11 Et praesente confessario, & Auscultatricibus, dataque licentia in scriptis pro die, & hora; quae in libris Episcopi notentur. *ibid.*
 - 12 Si Ordinarij pluries concesserint, S. Congregationis iudicium timeant. *ibid.*
 - 13 Et eadem lege tenentur in hac re puellae, & aliae mulieres intra claustra degentes. ead. 1590.
 - 14 Administratores bonorum Monialium Regularibus subiectarum rationem reddant Episcopi, & superioribus Regularibus. Greg. XV. Anno 1622.
 - 15 Si male reddant, amoueri possunt ab Episcopo, facta prius monitione superioribus praedictis. *ibid.*
 - 16 Et possunt Episcopi punire malos administratores dictorum bonorum. *ibid.*
- A D D I T I O.
- 1 Regularis sine licentia accedens ad Moniales Regularibus subiectas, & cum eis colloquens, potest ab Episcopo loci tanquam sedis Apostolicae delegato coerceri, & puniri, decisum refert *Lexana summ. qu. Regul. c. 25. n. 36.*
 - 2 Reperti alloquentes sine licentia consignari debent carcerati eorum superioribus, à quibus erant declarandi priuati voce actiua, & passiuua. *Congreg. Episc. 17. July 1615.*
 - 3 Qui superiores debent facere certiorum Episcopum, & S. Congregationem. ead. 7. Mart. 1617.
 - 4 A peenis pro allocutione Monialium non possunt absolui, nisi à sede Apostolica, aut à S. Cong. Ep. ead. 7. Nou. 1605.
 - 5 Confessarij extra actum confessionis non possunt alloqui Moniales, sub iisdem peenis, quibus alii. ead. 21. Febr. 1617.
 - 6 Non comprehenduntur in hoc decreto Prouinciales, nec ministri Prouinciarum, neque superiores, quibus Moniales subiectae sunt. ead. 1593. apud

Barbos. de iure Eccl. l. 1. c. 44. num. 165.

- 7 Vicarius Fratrum comprehenditur, nisi absente Priore vices illius agat. ead. 1. Sept. 1617.
- 8 Vbi Moniales clausuram non obseruant, Regulares loquentes cum eis extra claustra non incurrunt praedictae vocis penas. eadem 15. Mart. 1594.

Regul. iura circa Tertiarias.

- 1 Non possunt audire confessiones earum, nisi fuerint approbati ab Ordinario. Congr. Ep. 1616.
- 2 Neque ministrare illis Eucharistiam in die Paschatis. eadem *ibid.*
- 3 Neque domi in infirmitate, neque extremam vnctionem. Leo X. Anno 1516. *Vide infra Tertiarij.*

Reliquia Sanctorum.

- 1 Debet Episcopus recognoscere Reliquias Sanctorum, & miracula. *Trid. sess. 25. de innoc. & ven. s. s.*
- 2 Reliquiae SS. recognoscantur, adhibitis pijs viris idem loco est.
- 3 Scripta, tabulae, litterae, monumenta, testes, arcae, schedulae accuratè recognoscantur, vnde translatae, & haec tuto asseruentur in Archiuo Prou. 4.
- 4 Ipsae Reliquiae certantur; non ea tamen, quae iuxta altaribus; nisi iudicio Episcopi. *ibid.*
- 5 Scribantur in libro cum suis documentis asseruando in Archiuo Episcopali. *ibid.*
- 6 Alii inferiores Episcopo non possunt. *Barbos. alleg. 97. num. 9.*
- 7 Non potest Episcopus approbare Reliquias, etiam sancti antiqui, nondum canonizati, & eas publicè colendas exponere. *Barbos. ibid. num. 10.*
- 8 Si vero sint canonizati, competit Episcopo approbatio illarum, possuntque exponi approbatae. *Azor. par. 2. lib. 9. cap. 8. qu. 8.*
- 9 Si exat dubium, an sint Sancti canonizati vel beatificati, ne exponantur adorandae. *Sancuez tom. 1. de cal. l. 2. cap. 43. num. 12. 29.*
- 10 Reliquiae etiam non approbatae, ad ornatum crucis in cruce collocatae possunt

- Reliquiae SS. de licentia Episc. Prou. 4.
 48 In priuatis adibus, aut apud laicos ne habeantur. *ibid.*
 49 Neque tangantur à laicis, neque per eos tractentur. *ibid.*

Repraesentationes sacrae.

- 1 Prohibentur fieri in Ecclesijs. DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 25.*
 2 Passio Saluatoris nullibi agatur. Pro. 1.
 3 Neque Sanctorum martyria, actiones ve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: *Canonicorum Residentia, & Parochorum residentia.*

- 1 Ad residentiam cogi possunt ab Episcopo superiores Ecclesiarum Collegiarum, licet habeant iurisdictionem in canonicos. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 181.*
 2 Sine consensu Ordinarij nulla valet dispensatio Apostolica non residendi, etiam ratione studij. Pius IV. An. 1564.
 3 Non residentium vltimae voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffulta. Idem *ibid.*
 4 Aliae poenae non residentium habentur apud Sylu. *Residentia. quest. 5.*
 5 Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricae Ecclesiae Parochialis, etiam si non indigeat, quae potest in dies indigere. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 31.*

ADDITIO.

- 1 Tenetur Episcopus residere, licet habeat coadiutorem. *Cong. Episc. 7. Sept. 1619.*

Restitutio incertorum.

- 1 Potest Episcopus praecipere confessorijs, ne absque consilio suo restitutores absoluant, aut distribuant. *Nauarr. in Man. cap. 17. num. 92.*
 2 Est facienda pauperibus, non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. Idem *ibid. num. 95.*

- 3 Non tamen potest Episcopus referuare sibi absolute restitutionem incertorum. *Cong. Episc. 14. Iunij 1619. V. V. sira. num. 20.*

Sacramenta.

- 1 In ministrandis Sacramētis adhibetur superpellicium cum stola. Pro. 1.
 2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. Prou. 3.
 3 Et ij item, qui sunt compadres in baptismo, & confirmatio. *ibid.*
 4 Pro Sacramentorum administratione, nihil potest accipi hoc titulo, etiam à sponte dantibus. Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. *Congreg. Conc. 1. Febr. 1593. V. Interdictum. num. 21. 28. & seqq. Regularium iura sub Episcopis. num. 22. Simonia. num. 12. 13. V. sira. num. 13.*

Sal.

- 1 Sal externum in terris Ecclesiae mediate, vel immediate, subiectis non potest emi. *Gregor. XIII. apud Nald. Emptio num. 17.*

Scriptura Sacra.

- 1 Sacrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus, & expositionibus authentica habeatur. *Trid. sess. 4.*
 2 Puniantur ab Ordinarij, qui sacra Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiae, & vnanimen Patrum consensum. Idem *ib.*
 3 Ne eiusdem verba vsurpentur ad irreuerentiam, & contemptum, ad scurrilia, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, incatationes, diuinationes, sortes, libellos famosos, sub poenis iuris, & arbitrij Episcoporum. Idem *ibid.*
 4 Biblia vulgari lingua edita non possunt legi, neque retineri, neque Episcopi, neque Inquisitores, neque Regularium superiores dare queunt licentiam *Clemen. VIII. in Indice lib. prohib.*
 5 Compendia historica Bibliorū, seu librorum sacrae Scripturae, vulgari idiomate scripta, eodem modo prohibentur. Idem *ibid.*